

quod ne nostrum commune Crete tantum sinistrum et damnum patiatur placet nobis quod dicta casalia reassumere debeant et soluere non afflictum ualentibus et illam facultatem soluendi illum afflictare per incantum, de quibus casalibus si non poterunt totum habere quantum primo erant affitata, compellant illum 15 uell illos, cui uel quibus ipsa fuerunt affitata ad satisfacionem eius quo minus quam primo erunt affitata ortando similiter nostros de affitu per eos in preterito tempore non soluto sicut in suis litteris distinctius est contentum.

De non 9 non sinceri 19.

F<sup>o</sup> 5<sup>2</sup>to № 516. Item super facto constituendi tres officiales qui audire debeant questiones que oriuntur et orte sunt propter clamores factos super bonis fugitiuorum et aggrauatorum; consulunt sapientes.. quod respondeatur dictis duche et consiliarijs quod nobis placet quod dicti officiales constituantur cum salario per unum annum, et interim nobis dictus ducha et consiliarij debeant per suas litteras eorum consilium denotare et quomodo predicta responderint, cum quo erimus hic et fiet sicut uidebitur.

№ 517. Capta. Item super facto condempnatorum per rixas et percussionses et aliorum fugitiuorum siue banitorum per sententias pecuniarias quod considerata condicione Candide quomodo est hominibus uacuata et esset bonum et utilimum ciuitati predicte quod detur condempnacio ob rixas et percussionses facte, 30 solui deberent per terminos, sicut fit Venecijs, ad officium v de pace etc. consulunt quod respondeatur quod nobis placet quod per eos existendo tres in concordiam possit dictis condempnatis fieri gratia soluendi eorum condempnations per terminos sibi assignatos dando propterea ydoneam plezariam de sic soluendo sicut fit ad officium nostrorum v de pace.

35 De non 9 non sinceri 2.

№ 518. Capta. Quod acceptetur oblatio fidelium nostrorum de Candide de yperperis XII mille, quam faciunt pro guerra Jadre prout in suis litteris continetur, in qua summa computentur yperpera mille judeorum Candide quam pro nobis fideliter primo fecerunt, quia non esset conueniens quod bis soluerint et quod ab 40 illis de XL exigant partem suam et stent de exigendo sicut eis melius uidebitur pro honore nostro et loco insule, sicut alias factum fuit pro alio pacto unionis.

№ 519. Capta. Quod oblatio fidelium nostrorum de Canea de yperperis mille 43 pro dicta guerra Jadre, similiter acceptetur, sicud in suis litteris continetur.

## 18

F<sup>o</sup> 53<sup>r</sup> № 522. Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν εὐγενῆ Ἰάκωβον Τριβιζάνον μεταβαίνοντα εἰς Χανία ρέκτορα, ὅπως ἔξαγάγῃ ἐκ Τρεβίζου τοὺς ἵππους τῆς ὑπηρεσίας του δύο μέχρι τριῶν ἔτῶν, καταβάλλων τὸν συνήθη δασμόν. 1346, Ιουλίου 8.

